

Cum Athenienses decrevisset coloniam mittere in Cherfon...

NON PRESTARE PROMISSA.

Consule Locum Avaritie perfide in promissa. Plutarchus in vita Pauli...

DE NEGARE.

Cum Athenienses quidam honores divinos Alexandro negarent...

Quaedam amatorum vctulum a se repulerat. Hic cum ille barba...

Concilio Veronensi ann. 1184. raro exemplo Pontifex Lucius III...

Carolus VIII Gallorum Rex, ut Ludovicum patrum Novaria...

POLLICITA. PROMISSA ELUDERE.

Philippus Augustus Gallie Rex, solenni a Frider. I. Imp. Ventonium...

* POLLITIO.

Quere MOLLITIES.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pollutio a polluo molio, idem quod inquinatio, conspurcatio...

pro domo sua. Iste qui non solum aspectu, sed etiam incesto...

Horat. 4. Carm. Od. 5. Nullis pollutur casta domus stupris.

Apud Theologos, & Canonistas accipitur pro specie certa peccati...

PARTITIO.

Tres sunt species Pollutionis, quoad fit in somnis absque usu...

Alia fit cum consensu, & est voluntaria, & peccatum mortale...

MALITIA, ET POENA.

DIUTINA INCURABILIS. Joannes Benedictus in summa casuum ad sextum Decalogi...

Neque alia fuit sententia Cardinalis Tolleti, qui Lib. 5. c. 13. Instructio...

REMEDIIUM.

Poloniae Duces. Reges, Require Tit. de Fortitudine. Item de Magistratu...

Polus. Poli Mundi. Poli sunt puncta extrema Axis in sphaera. Est autem Axis...

Alter vocatur Meridionalis, & Anarchicus, quia Arctico ex h diametro...

Super hos polos fit motus primi mobilis, id est, decima sphaera...

Quia & quidem semper consulendum est, propterea si contigerit...

Juri privato Polygamia ad verfat, ut par societatis inita est ratio...

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA. Polygamia, πολλαγαμία nihil aliud est, si vocem species, quam...

Polygamia, πολλαγαμία nihil aliud est, si vocem species, quam conjugii multiplicatio...

ABROGATA, ET DAMNATA.

Juri Divino, Naturali, Civili, Ecclesiastico privato, denique posteriori illa Polygamia species ad verfat...

Naturali jure Polygamia damnatur. 1. Deus uxorem datus Adamo, unam tantum...

2. Confirmatur jus illud verbis Dei ad Noe Patriarcam paulo ante diluvium...

3. Contra naturam legem est, ut quod tu tibi fieri non vis, alteri ne facias...

4. Contra legem naturae est, ut quod unius est, ei rapiatur. Uxor est corpus mariti...

5. Denique juri naturali adversari Polygamiam demonstrant conjugii fines...

Patronos Polygamiae patrum non audientes esse jus divinum, (cui nempe praeribere potest) satis superque demonstrat...

Et si patres non legimus de polygamia fuisse reprehensios, illos tamen idcirco recte fecisse non consequitur...

Qui Polygamiam Jure Civili damnari non credit, saltem Jurisconsultus etiam Ethnicis fidem adhibeat...

Polygamiam etiam passim damnant, ac vetant Leges Eccl. ut videtur esse Decret. lib. 4. tit. 9. de divort. c. 8. Gaudemus...

Quia & quidem semper consulendum est, propterea si contigerit primo privati conjugio, si voluerit secundas vel tertias inire nuptias...

Juri privato Polygamia ad verfat, ut par societatis inita est ratio, prout in conjugio fit...

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA. Polygamia, πολλαγαμία nihil aliud est, si vocem species, quam...

Polygamia, πολλαγαμία nihil aliud est, si vocem species, quam conjugii multiplicatio...

quorundam pro infami illa polygamia relinquitur Jurisconsultis, & Theologis excutiendas...

Polygamie Auctor, Permissio, Abrogatio in lege nova, Duratio, aliisque bus spectantia, quare in loco de Matrimonio.

Pompa.

Vide locum de Funere, Spectaculis, Ludis, Nuptiis, &c.

Pomum.

Tam pro generali fructu, qui ex arboribus esui aptis provenit, quam pro speciali, quem malum dicimus, usurpatur...

Commutare, Vide tit. particularem in loco de Mechanica. Opera Mechanica, rerum commutatrices, Materiae respectu...

Pomoceria proferre, extendere. Quere Locum de Potestate, Potestas boni cujusque respectu subjecti, sive rerum, ut Privilegia, Jus, & Pontificii proferendi.

Ponderus.

Quere Locum de moneta, ubi de Ponderibus veterum, & recentiorum, eorumque inter se collatione.

Pons.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pons, ὄρυγος Graece, significat omne id, per quod super aquas transimus, & venit a pendo, quod videlicet velut in aere pendere videtur...

PONTIUM ARCHITECTI.

Vide Locum generalem de Architectura. Pontes magnifici. Consule locum de Prodigalitate. Tit. Prodigii in Pontet. Item plura hujus argumenti reperire erit in loco de Libertate sumptuaria. Tit. Pontes magnifici extruendi.

Pontifex.

JUDAEORUM. ETHNICORUM CHRISTIANORUM.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, AC VOCIS USUS:

ubi & de jurisdictione Pontificum.

Pontifex ἱεραρχία, ἀρχιεπίσκοπος Graece, Cohen Hebraice, est sacer magister ut Scævola, sive Princeps Sacrorum, vel Religionis, juxta Cic. ad Attic. Duplex autem hujus nominis interpretatio...

Scævola, altera Varronis. Refert utramque idem Varro de ling. Lat. l. 4. his verbis: Pontifices (ut Q. Scævola Pontif. Max. dicebat) à posse facere. Pontifices ergo à Ponte arbitrator: nam ab his Publicius factus est primum. Haec Varro. Cum plures autem inhaerent Varronis sententiae, ego vero Scævola magis assentior. Nam antequam Publicius pons interiret...

Quia & quidem semper consulendum est, propterea si contigerit primo privati conjugio, si voluerit secundas vel tertias inire nuptias, nullum de illis peccatum habebit, si eas castè servavit, & si fuerit aliquis conjugalis excessus, qui tamen legitimum non violat thorum, habet pro culpe modo peccatum. Aug. de fide ad Petrum.

Juri privato Polygamia ad verfat, ut par societatis inita est ratio, prout in conjugio fit. Hinc illi ipsi damnantur polygamiam, qui illam usurpabant, quod habere est in Laban Jacob socero, Gen. 31. 50. Cur etiam generum obtestatur, ne suis filiabus alias uxores superinducat, nisi quod injuriam illis hoc modo factum ita existimabat? Objectiones malefactorum

Aug. de fide ad Petrum. Juri privato Polygamia ad verfat, ut par societatis inita est ratio, prout in conjugio fit. Hinc illi ipsi damnantur polygamiam, qui illam usurpabant, quod habere est in Laban Jacob socero, Gen. 31. 50. Cur etiam generum obtestatur, ne suis filiabus alias uxores superinducat, nisi quod injuriam illis hoc modo factum ita existimabat? Objectiones malefactorum

nos. in quibus sculpta erant nomina filiorum Israel: sex in uno, & sex in altero, iuxta ordinem Nativitatis eorum. Erat autem duplex Ephod, unum de quo paulo ante, quo solus Pontifex utebatur: alterum ex lino candido, quod etiam gestabant Sacerdotes, & alii ut legitur de Samuele Levita, 1. Reg. 2. de Sacerdotibus, 1. Reg. 22. de Davide, 2. Reg. 6.

6. In parte anteriore superhumerali ad pectus Pontificis ligabatur Rationalis. Eratque figura quadrangulata, densum, & latum mensura palmi. Exod. 28. Erantque in eo 12. pretiosi lapides inclusi auro, & distincti, quibus insculpta erant nomina filiorum Israel, & affigebatur carenulis aureis superhumerali, & erantque in Rationali posita super pectus Pontificis Doctrina, & Veritas, ita cap. cod. vers. 30.

7. In capite erat Cidaris, sive mitra, ex bysso confecta, cui affigebatur.

8. Lamina autem, supra frontem Pontificis: cum hac inscriptione. Sanctum Domino, ita supra versu 36.

De significatione tam literali, quam mystica didorum ornamentorum, legatur D. Th. Aquin. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 8. Amphibolem vero explanationem inveniet Lector apud Riberam de templo, Baptisiam Ariam Montanum 1. de Antiq. Judaicis. Et quaedam hoc opere repetuntur, Tit. de Sacrificio, & de Episcopis.

Redditus, & Proventus.

Quemadmodum Deus ex 12. Tribubus Israel elegit unam pro servitio divino, nempe Tribum Levi, in qua erant Sacerdotes, Levitae, Pontifex: ita etiam eidem tribui suo ministerio mancipatae, de certis redditibus paternè providit, juxta illud Num. c. 18. Dixit Dominus ad Aaron: in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israel. Quo factum ut in divisione tertæ promissionis singulae tribus acceperint suam portionem, excepta Tribu Levi, quæ per alias Tribus dispartebatur.

Porro in stipendium pro ministerio, Deus illis concessit primum 48. Civitates. sive urbes cum suburbaniis suis, singulae per familias distributæ, ut constat Num. c. 35. Jos. c. 21. vers. 1. & 39. quarum nomina sunt hæc.

- C 1. Hebron. 23. Bosra.
- 2. Lobna. 26. Cesion.
- 3. Jether. 27. Dabereth.
- 4. Etkemo. 28. Jaramoth.
- 5. Holon. 29. Engannum.
- 6. Dabir. 30. Masal.
- 7. Ain. 31. Abdon.
- 8. Jeta. 32. Helcarth.
- 9. Bethfames. 33. Rohob.
- 10. Gabaa. 34. Cedus.
- 11. Gabaa. 35. Hammoth dor.
- 12. Anathoth. 36. Carthau.
- 13. Almon. 37. Jecnan.
- 14. Sichein. 38. Cartha.
- 15. Gazer. 39. Danna.
- 16. Cishaim. 40. Naalol.
- 17. Bethoron. 41. Bofor.
- 18. Elthecho. 42. Jafen.
- 19. Gabachon. 43. Jethson.
- D 20. Ajalon. 44. Mephaad.
- 21. Gethremmon. 45. Ramoth in Galaad.
- 22. Thanaach. 46. Manaim.
- 23. Gethrcimmon. 47. Hefebon.
- 24. Gaulon. 48. Jazer.

Secundo, Levitis, & Sacerdotibus, ac Pontifici concessæ erant Decimæ fructuum, pecorum, & Iumentorum à reliquis Tribubus Num. 18. vers. 21. Verum Levitæ ex his decimis dabant decimas alias Summo Pont. ut constat ex eod. vers. 26.

Tertio, solis Sacerdotibus, & Pontifici obveniebant primitiæ, & primogenita à filiis Israel. Primitiæ solvebantur ter in anno: in Paschate, de novis spicis: in Pentecoste, de novis panibus: in Septembri, in festo Tabernaculorum, de novis fructibus, vide Levit. cap. 23. Num. cap. 18. Deut. 26.

Primogenita erant triplicis generis: hominum, pecorum mundorum, & immundorum: priora, & ultima redimuntur quinque ficlis: ac secundi generis, per se offerebantur. Ita Exod. 13. Num. 3. & 18.

Quarto, oblata etiam quæ Deo offerebantur, cedebant in

usum Sacerdotum, sive ex voto, sive ex devotione, suaque sponte offerrent. De quibus multa habentur Lev. 32. 23. Num. E 15. & alibi. Unde colligitur, Tribum Levi fuisse opulentissimam præ reliquis: nam cum alia in bonis dumtaxat haberent novem partes, illa habuit duodecim. Etiam Sacerdotes Leviti fuisse ditiores: Pontificem autem longe distitissimum, & opulentissimum. Idque sine comparatione, præ Pontifice, & Sacerdotibus novi Testamenti.

Præcellentia supra Reges.

Multis certe titulis Pontificem, sive maximum Sacerdotem præcelluisse Regibus, & sacra historia convincitur, I. Titulo familie, ut qui sumebatur ex sola Tribu Levi specialiter Deo consecrata, & eratque inter alias maximè honorata. Cum Rex è quacumque Tribu assumeretur. Neque ex quaesque familia Levi sumebatur Pontifex, sed ea Aaronica: ne quilibet promittendo, sed primogenitus, ita Lev. cap. 21. poteratque tantummodo virginem accipere in uxorem: non viduam, aut repudiatam: quæ omnia in Regibus non observabantur.

II. Etiam titulo inaugurationis præcellat Pontifex, ut quæ à Deo erat ordinata, durabatque septem diebus: cum nihil simile, aut determinatum de Regum inauguratione reperitur in Scripturis.

III. Excellit titulo unctionis, quæ & publicè maxima solemnitate fiebat, & sine qua ad Pontificale officium non admittentur: Oleumque in eum finem sanctificabatur, & componebatur ex myrrha, cinnamomo, calamo, casia Exod. 30. cui nihil commune habent Reges.

IV. Titulo ornamentorum tam sublimium, quæ extollit Ecclesiasticus cap. 45.

V. Titulo officii, quod erat summum, divinum, independentem, annexum habens summum Judicium, & latitudinem, ac obedientiam maximam, immo non poterat Rex rem aliquam magni momenti aggredi, nisi consulto per Pontificem oraculo, ut patet ex c. 27. Num. Immo multa faciebant Pontifex, quæ ad Regis officium spectabant, ut constat in Jojaded sanctissimo Pontifice. 2. Paral. 23. & lib. 4. Reg. c. 11.

VI. Titulo exemptionis à potestate Regis, tam in rebus Ecclesiasticis, quam temporalibus, Num. c. 3. Exod. 39. & aliis locis, ubi de decimarum persolutione, aliisque oneribus agitur. Cum tamen Rex Pontifici subiecit, ut patet in Ozia lib. 2. Paral. c. 26.

VII. Titulo autoritatis, quæ ex pluribus capitibus illi erat apud universum populum, & Regem ipsum. Idque vel hoc solo nomine, quod cum Deo loqueretur, eumque consuleret immediate in rebus dubiis, ejusque autoritas esset, quam plurimis miraculis confirmata.

Cum Saul mandaret populo, ut interficerent Abimelech Pontificem, noluerunt obedire Regi, plures facientes vitam Pontificis, quam mandatum Regis.

Immo Reges ipsi Pontificem venerari leguntur. Joas R. Juda reverebatur Jojadam Pontificem, ut parentem, & eoque vivente nihil faciebat nisi ex illius dictione, & præscripto. Lib. 4. Reg. c. 12.

Selucus Rex Asia quamvis Gentilis, Oniam Pontificem suspiciebat, ita ut in gratiam illius, magno honore, ac muneribus prosequeretur Templum Jerosolymitanum. Lib. 2. Mach. cap. 3.

Jeddoad Pontificem adoravit Alexander Magnus. Joseph. H lib. 3. cap. ult.

PONTIFEX NOVI TESTAMENTI.

Sive Pontifex Romanus.

Ejusdem nominatio, & institutio. Ubi, etiam de Primatu S. Petri.

Sicut olim primum Sacrorum Præsidentem, Summum Sacerdotem, & Pontificem vocabant, quando omnia in imagine, & figura continebant: ita & merito Ecclesie Pastorem, Principem, & supremum Præsidentem, eodem Pont. nomine appellatum, Summumque Pontificem jure dicunt. Quamvis utriusque Testamenti Pontifices inter se differant perinde, ac testamta ipsa: immo velut umbra & corpus: imago inchoata, & completa, sanguis taurorum, & Christi. Si ergo in Ecclesia veteri unus tantum erat Sacerdos summus, qui omnibus illis præerat, quæ ad legem, & religionem pertinebant, usque ad tempora Christi: æquissimum est, ut in Ecclesia Novi Testamti quæ etiam

etiam corpus est mysticum, ejus invisibile caput, & principale fundamentum Christus est, unus sit rector, pastor, & sacrorum præses, ut figura apud suo figurato respondeat. Ut enim veteris testamentum figura fuit novi: ita Aaron ejusque successores, tum Christi summi Sacerdotes, tum eorum qui vicarium ab eo ministerium acceperunt, figuram detulisse dicendus est, & Monarchico suo regimine etiam similitudinem instituti in nova lege regimini expressisse.

Christus autem cum in terris degeret homo inter homines, ex utraque ut loquitur S. Paulus, unum faciens Ecclesiam congregare, tam visibiliter administrabat, ut unicuique illius pastor, & rector: hinc monita salutis proponebat. Sacramenta instituebat, leges condebat, docebat tanquam auctoritatem habens doctrinam miraculis firmabat, obedientibus salutem, dyfcelis, & impiis aeternam damnationem comminabatur, eaque omnia præstabat, quæ summum Ecclesie Doctorem, Pastorem, patrem facere conveniebat, ut luculenter Evangelicis demonstrant.

Idem Dominus Ecclesiam suam propagandam edixit, donec per orbem universum ipfius Evangelium fuerit prædicatum. Ideoque missurus Apostolos, illis præcipit prædicare Evangelium omni creaturæ: quod in mundo univerfo: cum igitur ad hanc five propagationem, five prædicationem necessariò exigatur missio illorum, per quos utraque fiat. Quomodo enim prædicabunt, S. Paulus inquit, nisi mittantur? omnino erant requiritur unum Ecclesie Pastorem, cui illa sollicitudo incumbat corporis hujus conservandæ, & dilatandæ. Ita enim ipse Pastorem princeps volebat, alias oves, quæ necdum erant de suarum ovium numero adducere, ut inquit, fiat unus ovile, & unus Pastor. Porro Epipheta nonnulla pontificis Romani videntur in initio Catalogi Pontificum infra & Tit. in super singulari.

*PRIMATUS IN PETRO.

Christus Ecclesie suæ Hierarchiam hanc esse voluit, ut unus in ea pastor & præses, cæteris major, & esse independentem, sit in celum sublato, ad finem usque mundi ne quidquam frendentibus inferorum portis, resideret, & præfideret. Quamvis enim, ut ait D. Paulus ad Ephes. 4. ipse dederit primū Apostolos, hoc est summam, & primam potestatem omnibus Apostollis in Ecclesia tradiderit; coque velut patres & pastores illius esse voluerit, quod necessarium erat in illis diebus primordiis, ut ita Evangelii semen brevissimo tempore diffunderetur: nihilominus Petro ea potestas concessa est, ut ordinari pastoris, qui perpetuo succederet; ita ut Apostolica autoritas prærogativa deinceps in Petri successore permaneret, atque solus ille ab omnibus fuerit habitus Apostolicus pontifex, ejusque Cathedra Apostolica dicta, teste magno Augustino, qui Epist. 162. In Romana Ecclesia, inquit, semper Apostolica Cathedra viguit principatus.

ILLIUS PROMISSIO, ET TRADITIO.

Christus apud Matthæum sub duplici Metaphora, Petro totius Ecclesie regimen, & principatum promittit, dicens post insignem illam confessionem, quæ de se omnium nominem fecerat: Et ego dico tibi: non Joanni, Andreæ, aut alteri Apostolorum, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni caelorum, &c. Igitur petra hæc erat Petrus, non quidem ut talis persona, sed ut pastor, & caput Ecclesie, unde dicit (super hanc petram) demonstrans illam de qua fuerat paulò ante locutus: proximè autem Petrum petram vocaverat: Tu vocaberis Cephas, Joan. c. 1. hoc est saxum, sive petra. Dicendo ergo & super hanc petram ædificabo & idem est, ac si dicit, super te, o Petre, qui futurus es petra, &c. Ita Conc. Calcedon. DCXXX. Patrum, Act. 3. appellat Petrum petram Ecclesie. Idem habet Origenes hom. 5. in Exod. Basiliius lib. 2. in Eunom. Epiphanius in Ancorato: & plures à Card. Bellarmino citati. Lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 10.

Igitur mercedis loco, Dominus ob illustrem illam confessionem in persona omnium factam, hanc ei prærogativam facit, ut sit futurus immobilis petra, quo nomine eum antea appellandum promiserat: quasi dicit: promissi te vocandum Cephas, nunc vero eodem te nomine compello, quia tu es Petrus, cur vero ita te compello, causa est: quod super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Insumus Petrum fore fundamentum, & caput Ecclesie ministeriale, & per participationem. Ita S. Basiliius: Christus est immobilis petra. Petrus autem propter petram. Homil. de Ponit. Similiter Leo magnus: Tu es, ait petra, qui mea virtute solidaris, ut quæ mihi sunt potestate propria, sint tibi mecum participatione communia.

Addit autem Dominus aliam metaphoram tradendi principatus: Et tibi dabo claves regni caelorum: postquam præfiterat, beatus es Simon Bar-jona. Si quidem ut significat quis sit ille, cui claves promittit, ipsum primum nominat proprio nomine in nativitate indito: addit deinde nomen patris, cum dicit filius Jonæ: denique nomen à se recens impostum, Petrus: & eundem determinat pronomine, Tu es, & tibi dabo. Dixerat enim Petrus, tu es Christus, &c. & mercedè accepit confessio, dum Christus ad eum. Et ego dico tibi, rursus dabo tibi claves. Igitur promittitur Petro his verbis plenitudo potestatis super universam Ecclesiam, quæ non semel nomine regni caelorum appellatur. Clavium autem potestas est aperire, & claudere. Quod fit, dum ad communionem Ecclesie quis introducitur per prædicationem verbi, aut per Sacramenta: aut in eadem per illa ipsa retinetur, uti & per legum constitutionem, præpositorum institutionem, &c. vel quando ab eadem communione arceretur per censuram inflectionem, degradationem, negationem absolutionis à peccatis, &c. Matth. cap. 16.

Christus quod Petro verbis prioribus promiserat, alius mox ei dedit, dum tertio eum rogat post resurrectionem, quando jam corporali presentia Ecclesiam suam relicturnus erat, & ad Patrem ex mundo transiturus, Simon Joannis diligis me plus huiusmodi rursus tam proprio, quàm patris eum nomine compellat, prout fecerat superiori promissione, ut nullus relinqueretur ambiguitati locus, de quo loqueretur. Petro igitur dicens, Tu es, Domine, quia amo te: respondit, Pafce oves meas, quibus verbis numero ternis, supremam in Ecclesia potestatem ei tradidit. Pafcere namque importat agere pastorem: ad quem pertinet præbere cibum ovibus, eas educere, tueri, castigare, adversus luporum rabiem committere, unde & verbum pafcere quo Joan. Evang. utitur, significat Pafce regendo, & prædicando. Dicendo vero oves meas, & bis ante, agnos meos; significavit Dominus universam Ecclesiam. Et quidem bis nominando. Agnos, significavit duos populos, Judaicum, & Gentilem: & nominando ad extremum oves, indicavit Episcopos. Sunt enim illi oves velut matres Agnorum; qui per Evangelium, & Sacramentorum ministerio fideles Christo pariunt. Si tamen velimus eandem utrobique esse significationem, dicendum erit, significatum his verbis, totum Christi ovile, hoc enim verbum generali (meas) in fine suavit, cum Christi oves se omnes confluantur; & ad eum omnes Christianos, quos Petro pascendos ceu vicario suo, Christus committit. Joan. c. 22. & hæc est communis SS. Patrum expositio, à Card. Bellarm. citatorum, supra c. 16.

*PRÆROGATIVÆ PETRI SUPRA

reliquos Apostolos.

EX SCRIPTURA.

Notatu dignum, quod cum Apostoli ab Evangelistis recensentur, semper primo loco velut antesignanus, & Dux ceterorum statuat Petrus. Sic Matt. c. 10. Duodecim Apostolorum nomina sunt hæc, Primus Simon qui dicitur Petrus. Similiter eum collocat Marc. c. 3. Luc. c. 6. & Act. c. 1. Quod ut nemo cavilleter factum ideo esse, quia Petrus ante omnes vocatus, aut atate senior fuerit, constat Andreæ fratrem ejus primum vocatū, Joan. c. 1. & proveciorem etate, ut tradit Epiph. heresi 51. quæ est Alogorum. Igitur primus ponitur in ordine, qui primus erat dignitate, & potestate. Hinc non dicit Matthæus, postquam dixerat primus Simon, secundus Andreas, tertius, &c. sed tantum primus Simon, propter Apostolatus sui primatum, ut loquitur B. Aug. in trad. ult. in Joanneum.

II. Petrus ubique nomine omnium; & pro omnibus respondet & loquitur, ut Matt. c. 19. Luc. 12. & ubique in Evangelio nominantur plures Apostoli, quamvis circa alios ordo varietur, ut Marc. 3. Luc. 6. & alibi; tamen semper præponitur Petrus. Ita Marc. c. 5. & 13. Luc. c. 8. 22. Joan. c. ult.

III. Petrus cum Christo solus ambulat super aquas, Matt. c. 14. unde colligit Bernardus, de consider. quod unicuique illum vicarium suum designat, quoniam unus populo, sed cunctis præfret: siquidem aquæ multa, populi multi.

IV. Insignis illa revelatio mysteriorum fidei soli Petro à Deo facta est. Matt. c. 16. quæ Christum filium Dei naturalem agnovit, & credidit.

V. Promittitur eidem à Domino: Et portæ inferi non pravelebunt adversus Ecclesiam super eam fundatam: confitebuntur petram illius, hoc est Cathedram nunquam interitura. Quam promissionem cæteros non habuisse constat, quo eorum cathedra interierint: neque enim ultra quis in illis ledit, ex quo regiones infidelium potestati subditæ fuerunt.

VI. Chri-

VI. Christus duo miracula illustria edidit in piscatione A Petri, unum ante, alterum post resurrectionem. Luc. c. 5. & Jo. c. 21. & quidem Lucas memorat, Christum, cum vidisset plures naviculas, ingressum in illam, quae erat Simonia, & ex illa docuisse ut intelligeremus in illa tantum Ecclesia esse, & docere Christum, cuius gubernacula tenet Petrus, unde & Petrus iubetur ducere in altum, & laxare retia in capturam.

VII. Rogatus Christus ut tanquam Paterfamilias didrachma solveret, jubet Petrum capto pisce aperire os ejus, & statuerem, quem ibi reperiret, tollere, & illum fume ait, & da eis pro me, & te. Ecce quomodo Christus etiam Petrum suae domus patrem agnoscat, quamvis ut August. exponit, subordinatum, & subalternum. Matth. cap. 17.

VIII. Postquam Christus dixisset Simoni Petro, quod Satanus expetivisset eos, ut cribraret sicut triticum: addit. Ego rogatus pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos, uni ostendit Petrum fore Principem, & caput fratrum suorum. Tanquam si ait D. Leo, aliorum status certior sit futurus, si mens Principis vita non fuerit.

IX. Christus post resurrectionem primum Petro apparuit, B Luc. c. 24. & Angelus mulieribus inunxit nominatum, Dicere discipulis eius, & Petro. Itaque dicit Chrysostr. : Petro primum apparuit; nam qui Christum primum confessus erat, non absere primus etiam resurgentem videt.

POTESTAS.

I. Ad Principem pertinet magistratum in Repub. constituit, & si quis eo exciderit, aut per mortem, aut alia via, in illius locum surrogare alterum. Exciderat Apostolatu Judas proditor, & supensus crepaverat medius. Dumque de alio in locum illius substituendo deliberatur, Petrus quid faciendum proponit, & Matthias eligitur. Quod factum Chrysostr. extollens: vide, inquit, fervorem. Quam agnoscat sibi creditum à Christo gregem? Quam ubique primus omnium incipit loqui? Act. cap. 1.

II. Post acceptum Spiritum S. Petrus omnium nomine Evangelium promulgat, ac primus sua predicatione tria hominum millia convertit, ubi iterum Chrysostr. Petrus omnium os erat, sed affabant illi undecim, testimonio suo comprobantes ea, quae à Petro dicebantur. Act. c. 2.

III. Sed & Petrus primus miraculo fidem confirmat, sanandum claudum, de quo eleganter Ambrosius. Si Petrus, ait, petra est, super quam aedificatur Ecclesia, recte primus pedes sanat: ut sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Ibid. cap. 4.

IV. Solus Petrus respondet Principibus, & Sacerdotibus, & suam, locutionem predicationem defendit, tanquam caput & Princeps ceterorum. Ibid. cap. 5.

V. Solus Petrus, quod de nomine Apostolorum legitimus in Anania, & Saphira, & cogitationes penetravit, & verbo morti adjudicavit, utrumque inquit Gregor. Magnus, planè divinae potestatis fuit, maximumque argumentum, quanta potentia supra ceteros exerevisset. Hinc ad solam Petri umbram sanantur aegri. Ibidem.

VI. Ad hanc etiam singularem Petri potestatem declarandam pertinet, quod is primus Archihæreticum Simonem Magum excommunicavit, & eundem publice Romæ devicit: ut refert Ambrosius Serm. 66. S. Maxima, hom. 5. in Nat. Apost. Petri, & Pauli. Act. cap. 8.

VII. Item is primus per visionem divinitus revelatam accepit, genibus esse predicandum Evangelium, Ideoque primus gentes baptizavit, & primus Gentium Doctor, & magister fuit. Act. 10. & cap. 15.

VIII. In Concilio primo, quod Hierosolymis, ubi Petrus erat, super Legalibus observantibus convocatum erat, primus loquitur Petrus, & disertè proficitur, quod jam à diebus antiquis elegit in ipsis Deus, ut per os ejus audirent Gentes verbum Evangelii: quia & ipse sententiam definitivam pronuntians, tacuit omnis multitudo. Propter hoc enim factum scribit Theodoretus, Paulum ad magnum Petrum cucurrisse, utiis, qui Antiochia circa legalia contendebant ab ipso afferret solutionem, in Epist. ad Leon. Post. commentariis ejus in Ep. ad Rom. praefixa.

IX. Huc etiam pertinet, quod Paulus Apostolus post annos tres predicationis sua venit Hierosolymam videre Petrum. Hoc enim fecit honoris deferendi causa, ait Hieron. in Comm. ibid. Chrysostr. verò, Quia os, inquit, Apostolorum

Petrus erat Princeps, & vertex ipsius cunctis, propterea Paulus ascendit cum videre praesulis. Ad Galat. 1.

Petri primum etiam Gentiles cognoverunt.

Certe tanta fuit Petri præter ceteros per orbem celebritas, ut finierint Pagani versus quosdam quasi idoli oraculum, in quibus dicebant Christum fuisse innocentem: Petrum autem magum, & maleficum orbi imposuisse, & per maleficia fecisse, ut coleretur Christi nomen, sicut commemorat Aug. in opere de Civit. Dei à Thoma Stapletono citatus, lib. 6. de Princ. fidei cap. 12. in fine.

Sanè eum eodem die Petrus, & Paulus sub Nerone crudelissimo pro fidei predicatione supplicio afficerentur, Paulus quidem familiari supplicio extra urbem vitam finivit, nempe gladio, quod mortis genus familiare tum erat: At Petrus tanquam maximus seductor, Neronis iudicio, loco publico, & celeberrimo in monte Vaticano, ubi tunc Circus Neronis erat, & supplicio Crucis maxime ignominioso, & aspero, martyrium subiit. Adeo apud eos receptum erat, Petrum Christianorum principem fuisse. Idem Stapleton, ibid.

SUCCESSIO.

S. Petri successores Pontifices Romani, etiam in Primatu.

Non desit hic Primatus in persona Petri, quemadmodum Apostolatus dignitas in cæteris Apostolis: sed per Petrum ad successores tranivit, eoque Romanos Pontifices, cuius successione rationes sunt efficacissimæ.

I. Petrus erat à Christo constitutus Pastor ovium. Ioan. 21. cum ergo Pastor fomet ordinarium Rectorem ovilis, sine eo ovile esse nequit, neque enim alia ministeria, puta Evangelista, & Prophetæ, & Doctoris omni tempore necessaria fuerunt: at esse Pastorem, & quamvis ovile est, necessarium reputatur. Ideoque Pastor perpetui officii nomen est, quo Ecclesia carere nunquam, & nusquam potest, & per consequens, non solum ipsius officii, & potestatis, sed & personæ successio, & continuatio est omnino necessaria. Sic in Synagoga, quia cum tribu Levi nominatum pactum inierat Deus, in posteris quoque Levitica tribus, sacerdotalis successio perpetuo servata est. Num. cap. 18. & Malach. cap. 2.

II. Fides Petri, pro qua Christus oraverat, non privata, sed publica, quatenus fratres suos confirmandi vim haberet, à Christo ipso stabilita est, ut non deficiat. Debet ergo esse talis publica persona, cuius fides stabilis permaneat.

III. Sempiterna inferi, five hæreses, five persecutiones intelligas, confurgunt adversus Ecclesiam: ergo necessaria est petra, super quam ea fundetur: & adversus quam illæ non prævalcant.

IV. Ideo Petrus caput ministeriale datus est Ecclesiæ, ut unitas servaretur ut loquitur Cyprianus, Hieronymus, & Optatus Milevici. ergo ad servandam unitatem Ecclesiæ toto orbe diffusa opus est uno capite.

VI. Habuit Ecclesia vetus perpetuò unum Pontificem: debet ergo non tam ratione figuræ, quam vi argumenti à minore ad majus: Ecclesia Christi habere ejusmodi Caput. Quod de re legatur Melchior Canus lib. 6. de locis Theolog. cap. 3. proposit. 3.

Denique Patres omnes petram, de qua Christus locutus fuit, in Romana Ecclesia agnoscent. In qua proinde quid magnum Augustinum tenuerit, ipsius verba demonstrant. In Ecclesia ait, me tenet, ab ipsa sede Apostoli Petri (non Jacobi Hierosolymitani, aut alterius Apostoli) cui patendas oves suas Dominus commendavit, usque ad presentem Episcopatum Sacerdotum Successio. Aug. 1. cont. Ep. fundamenti c. 4. & Chrysostr. 1. 2. de Sacerdot. dicit scribit, Christum oves suas patendas commisisse tum Petro, tum Petri successoribus.

Considerandum tamen hoc loco est, quod hæc successio Romani pontificis in pontificatum Petri, sit ex Christi instituto: rationem tamen successiones, quod scilicet Episc. Romanus, quia talis est, Petro succedat, non ex Christi institutione, sed ex facto Petri orum habuisse, qui Romæ sedem stabilem elegit, postquam quinque, vel ut alii septem annis, nunc Antiochia, nunc alius in locis resederat. Reliqua, quæ hujus Argumenti fund., videantur apud A. uithores, qui fidei controversia tractant: neque enim hujus loci est penitus illa discutere,

tere, cum hæc ad rei historiam sufficere videantur. Ad dam A coronidis loco egregiam ex Cathedris Concilii Tridentini de hæc re secutum: Ita enim habet cap. de Sac. ordinis.

Catholica Ecclesia Romanum Pontificem Max. totius orbis terrarum Patrem, & Patriarcham venerata est. Cum enim in Petri Apostolorum principis Cathedra sedeat, in qua usque ad finem vite sedisse constat, summum in eo dignitatis gradum, & jurisdictionis amplitudinem divinitus datam agnoscit. Quamobrem omnium fidelium, & Episcoporum, cæterorumque Antistitum, quocumque illi munere, & potestate pradiiti sint, Pater, ac moderator, universalis Ecclesiæ, ut Petri successor, Christi que Domini verus, & legitimus vicarius in terris, præfideat: & ita divinitus eum afflictissimè nunc Ecclesiæ in præsidium quoddam singularè datum esse minime dubitamus.

* Exempla nonnulla eorum, qui successione hanc in Pontifice Romano agnoverunt.

Utpote Regum, Conciliorum, Patrum.

B Stephanus Ungarorum Rex, cum bello contra Cupam pro fide Christiana inito victor evasisset, Africum virum sanctitate conspicuum Romam ad summum Pontificem mittendum esse censuit. Mandata dat, ut à Christi Vicario in Ungaros, qui ejus fidem nuper inveniunt, Apostolicam benedictionem impleret, & inter oves Petri adnumeret. Post hæc, ut Strigonicensem Basilicam Metropolitanam esse jubeat: Item cæteros Episcopos nuper in Ungaria erectos sacrosancta auctoritate confirmet. Demum quando potestas omnis à Deo est, & maxima concepta sine divino opo confirmari nequeunt, Regalia insignia cum Pontificia benedictione assequatur, &c. Ant. Bonif. lib. 1. Decad. 2. rerum Hungaric.

Concilio Chalcedonense Patres vocant passim Leonem tunc sedentem, universalem Ecclesiæ Pontificem. Act. cont. 1. 2. & 3. Eadem habet Concilium Constantinopolitanum, quod ante quintam Synodum in causa Antimi erat congregatum; Act. 4. Septima etiam Synodus Act. 2. Conc. Lateranense sub Innocentio III. c. 5. Lugdunense Generale sub Gregorio X. In quibus passim Rom. Pontifex dicitur caput Ecclesiæ, Pastor universalis, habere Primatum, & similia. Atque hæc non ex alio capite, quam quod Petrus in regimine universalis Ecclesiæ Rom. Pontifex succedat.

Joannes II. qui ante mille annos Ecclesiam gubernavit, laudat Justinianum seniore Imperat. quod Ecclesiasticis disciplinis Romanæ Sedis reverentiam conservaret, eique cuncta subiceret, ac ad ejus auctoritatem (verba sunt Epistolæ ad eum scriptæ) hoc est Apostolorum primum Domino loquente præceptum est, Patre oves meas, quam esse omnium Ecclesiæ caput, & Patrum Regulæ, & Principum statuta declarant. Habetur in ipso Codice Justiniani in 1. tit.

Etiam D. Leo Sermone 1. de Natali Apostolorum, his verbis Romam alloquitur. Per sacram B. Petri Sedem caput orbis celsita, latius præfides religione divina, quam dominatione terrena, quod saluum erit, si Sedes Petri unà cum Petro interierit.

Etiam Græcorum Patrum testimonia propè innumera sunt è quibus hujus rei veritatis elucidatur; dum nunc accusationes Episcoporum suorum ad Rom. Pont. ut iudicem deferunt: ut patet ex Apolog. II. Athanasii: Epiphanius hæres. 68. nunc discutit apud Basilium Epist. 52. ad Athanasium. Chrysostr. Epist. 1. ad Innocentium Papam, nunc illius sententiam tanquam Dei sententiam reverentur, quomodo Cyril. Epist. 11. ad Cler. & Pop. Constantinopolit. scribit de Nestorio, habendum pro excommunicato, nisi intra terminum sibi præfixum à Cælestino Papa errores revocet. Theodoret. Epist. ad Leonem Papam, qui quamvis esset Episcopus Asianus, & Decc. Ecclesiæ præfidebat, dicit se Leonis expectare sententiam, &c.

Justinianus sanior Augustus Joanni II. Pont. ita scripsit. Nec enim patitur equidam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quod non etiam vestra immolet sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum. Habetur in Cod. in 1. tit.

Qui plura de hoc Argumento desideraverit, querat apud Rob. Bellarum. lib. 11. de Rom. Pont. c. 12. 13. 14. & sequentibus. Hæreticorum.

Theodorus Beza Geneva circa ann. 1600. dum concionando prius dicta repetisset, cepit verba facere de successione L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Patriarcharum, sumpto themate ex c. 7. Actuum, ubi de sancto Stephano agitur, ac ibi tum pusillum gregem suum E deprimere, Ecclesiæ verò Catholicae amplitudinem plurimum extollere: deinde ad successione Apostolorum tranfigens, Si, inquit, Adversarii nostri, Catholicos intelligens, à vobis querant, ubi sit apud vos Cathedra, & successio Petri, cedamus illud: quoniam verè Catholici, & Papiæ hæc habent successione Apostolicam personalem adhuc usque diem, velut per manus traditam, & propagatam, id inchoari non possumus. Aderat tum vir honesto loco natus è Lotharingia, Metensis, Jo. Druet nomine, qui Genevam adventarat, & apud Beza divertens, è Germania reversus, ubi Ministri officio apud hæreticos sanctus erat, ejus concionem hæreticam audire voluit: Unde Beza domum reversus unà cum Ministro illo, alii que convictoribus, eos interrogat, quid rerum novarum audissent. Respondit Minister: Certè, Domine mi, hodie nova eaque prodigiola ex te audivimus, nimirum, quod Papiæ veram habent successione Apostolicam, quæ à Christo, inde à Petro in hunc usque diem legitime perferatur. Sumus ergo, subdit ille, Schismatici? Ad quem Beza Amice mi, inquit, habent ipsi veram successione personalem, non verò successione doctrinæ. Quomodo, inquit alter, potes sejum fice successione doctrinæ à successione personarum? in quibus capitibus erat hæc doctrina? quoniam erat Patres? His interruptis, ne affantes scandalum patenterent, Minister ille post seriam dictorum discussionem, rectè Lutetiam pergit: ubi hæresim abjuravit cum sexaginta, & sedecim aliis coram Cardinale Florentino ad Gallos Legato, inde Romam profectus, ubi à sanctis Pont. Clem VIII. absoluitur, ann. 1600. Historia Florimundi, Consiarii Burdegalens. lib. 8. cap. 5. ann. 1600.

Sanctorum hominum, Martyrum, &c. Thomas Morus, insignis ille Angliæ martyr, è custodia in judicio interrogatus, quid ei de Repub. videretur, in qua omnis potestas Pontifici Rom. abrogata, & summa Ecclesiæ gubernatio Regi concessa esset (quæ lex post Mori apprehensionem constituta erat) respondit se necire, an ulla esset ejusmodi lex. Judice subinterente: At nos tibi denunciamus talem extare legem, & eam suffragis omnium esse comprobata, quid ergo tibi de illa videtur? Si me, inquit Morus, pro eire habuissetis, ego vobis de vestra lege attestantibus credidisset. Nunc autem separatis me à Repub. G vestra, in carcerem non modo tanquam peregrinum, sed & tanquam hostem reclusistis. Me igitur huic Republicæ mortuum, quomodo nunc tanquam ejus membrum, de Reip. vestra legibus interrogatus? Iratus iudex, jam, inquit, dissentire à lege te video, cum taceas. Si taceo, inquit Morus, hoc vobis, ac legi vestre in lucrum deputabitur: Nam qui tacet, consentire videtur. Ergone, inquit iudex, assentis legi? Quomodo, inquit, id facerem, cum nemo assentiat ei, quod ignorat?

Destinato autem consilio in hunc modum respondit Morus, ut neque fidem negaret, neque mortis periculo sese offerret. Quamquam enim esset martyrii cupientissimus, tamen certo sciens hoc esse donum Dei, dubitans verò (ut sepe dicitur) utrum Deus hac cum gratia donaturus esset, necne, eam respondendi moderationem, quam nunc exposuit, tenuit.

Porro cum Iudex ad duodecim viros, quorum est de capite omnium cognoscere, ac interloqui, causam Mori detulisset, illi eum dixerunt reum esse mortis. Tunc Morus vocationis H suæ certior, & securior, liberè aperuit, quid ei de lege illi videretur. Ego, inquit, per Dei gratiam semper Catholicus, nec unquam à Pontificis Romani communionem discedens, audeviam aliquando ejus potestatem legitimam quidem, & laudabilem, sed tamen humani juris, non divini præscriptionis fuisse. Itaque cum viderem statum hujus regni eo ferri, ut necessario investigandum esset, qua ex origine Pontificis Rom. potestas dimanaret, toto septennio hujus rei diligentissime indagationi me dedi, & deprehendi potestatem Romani Pontificis, quam vos temere (ut nihil dicam gravius) abrogatis, non modo legitimam, laudabilem, & necessariam, verum etiam divini juris, & præscriptionis esse. Hæc mea est sententia, hæc fides, in qua per Dei gratiam moriar. Vix hæc dixerat, cum omnes magna voce conclamarent, proditorem, & perduclem esse Morum, &c. Prædie Nonas Julius caput justitiae, veritatis, & virtutis amputatur ann. 1534. N. Sanderus.

Pius Quintus Pontifex Maximus, cum videret Elizabetham Anglorum Regimam supremi Ecclesiæ Capitis locum in omni Anglia, ejusdemque Capitis præcipuum auctoritatem, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

atque jurisdictionem monstruose sibi usurpasset, Missa sacrificii, precibus, jejuniis, ciborum delectum, coelibatum, ritusque Catholicos abolivisset, libros manifestam haeresim continentes toto regno proposuisse, impia Mysteria, & instituta ad Calvinum praescriptum, a se suscepta, & observata, etiam a subditis servari mandasse, Episcopos, Ecclesiarum Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos suis Ecclesiis, & beneficiis ejicisse, ac de illis, & aliis rebus Ecclesiasticis in haereticos homines disposuisse, deque Ecclesiae causis decernere ansam, Praelatis, Clero, & populo, ne Romanam Ecclesiam agnoscerent, neve ejus praeceptis, sanctionibusque Canonice obtemperarent, interdixisse, plerisque etiam in nefarias leges suas venire, & Romani Pontificis auctoritatem, atque obedientiam abjurare, & solum in spiritualibus, & temporalibus dominam agnoscere, jurejurando coegisse, &c. Eam de Apostolica potestatis plenitudine declaravit haereticam, & haereticorum fautricem, eique adhaerentes in praedictis anathematis sententiam incurrisse, &c. Quam sententiam cum typis mandari jussisset Pontifex, divinitus factum est, ut illius sententiae exemplum in Angliam ad Joannem Feltonum deferretur, virum & nobilitate generis satis clarum, & animi fortitudine multo clariorem. Is itaque Catholicae fidei studio, zeloque adductus, dictam Pontificis sententiam in civitate Londinensi ad fores Episcopi juxta summum Templum affixit. Cum vero de hac re diligentissime quaeretur, Feltonus tandem apprehensus, dignum se JESU-CHRISTO, & primas ab eo instituti testem exhibuit. Interrogatus enim quid sibi videretur de his literis, paululum cunctatus, tandem respondit: Si veri Pii V. Pontificis Maximi litterae essent, merito sibi eas venerandas videri, Si enim agnoscerent, illum esse JESU-CHRISTO Vicarium in terris. Qua confessione facta, primum in vincula ductus, ac deinde in iudicium productus est, ubi de ea assidue interrogatus; Ego, inquit, libero vos omni ulteriore sollicitudine, & labore, neque fautor huius literis assidens operam dedidisse. Mox ubi acclamatum esset, Feltonus insignem esse proditorum, omnium iudicum sententis condemnatus, die igitur 8. mensis Augusti 1570. ad supplicium trahendus, ad populum altantem dixit, se fidei Catholicam non negaret, sed Regiam Pontificis primatum confiteretur; negaret vero Regiam summam Ecclesiae caput esse, &c. Idem de visibili Ecclesia

Monarchia, anno 1570.

DE PRIMATU QUI SCRIPSERINT.

Veritatem hanc de primatu Romani Pontificis, scriptis suis asseruerunt, & illustrarunt Gre. de Valentia in sua Analysi Fidei, lib. 6. c. 8. & lib. 7. toto: Rob. Bellarminus quinque libris de Rom. Pont. Florimund. Raymondus in Antichristo suo, Petrus Cotonus lib. 2. Instit. Cathol. cap. 8. usque ad 18. lib. 3. cap. 4. Jacob. Gordonus in Epirote Controversiarum, tom. 1. cont. 2. cap. 20. & seq. Thomas Stapletonius in Tractatu de Fidei principis, & Promptuario suo Catholico, in Inst. Apost. Petri, & Pauli. Item omnes, qui nuper adversus Venetos, & alias contra magnae Britanniae Regem scripserunt.

S. PETRUM ROM. ECCLESIAE EPISCOP. FUISSE, ETQUE IN EA CATHEDRA SUCCEEDERE Romanos Pontifices.

Testimoniis irrefragabilibus Veterum asseritur.

D Negarunt id Guilielmus quidam, Joannis V. Vicefisi praeceptor: & Uldaricus Velenus discipulus Lutheri, qui hac de re librum scripsit. Idem Matthias Illyricus. Joannes Calvinus licet dubius, & Magdeburgenses docere conantur, non tam rei veritate, quam Apostolica successione, qua vera Ecclesia est nota, & qua illi carent, odio instigati.

Primum testimonium est ipsius Petri, qui ad finem prioris Aiae Epistolae ita scribit. Salutat vos Ecclesia in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Ubi per Babylonem Romam intellexisse, testis est Papias Apostolorum discipulus apud Eusebium lib. 2. histor. cap. 15. & D. Hieronymum lib. de viris illustrib. in Marco. Et ita etiam vocat Romam civitatem, non Cathedralam, Joannes in Apocalypsi: ut exponit Tertullianus contra Marcionem: accepta similitudine, quod sicut olim vera Babylon fuerat caput Imperii, & Regem habuerat Nabuchodonosor persecutorem fidelium: ita etiam tempore Apostolorum erat Roma caput Imperii, & Neronem habebat crudelissimum tyrum, Christianorum persecutorem.

II. Irenaeus scribit Romanam Ecclesiam a Petro Paulo fundatam: priusquam enim Paulus Romam veniret, fuisse ibidem amplissimam Ecclesiam constat Ad Rom. cap. ult. & ex epist. ad Rom.

III. Eusebius idem affirmat lib. 2. hist. cap. 14. & in Chronico anni 54. Petrus, inquit, natione Galilaeus, Christianorum Pontifex primus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam profecit, ubi Evangelium praedicans, viginti quinque annis ejusdem Urbis Episcopus perseverat.

IV. Arnobius lib. 2. contra Gentes, dicit Romam ad Christum conversam, quia viderat Simonis Magi igneas quadrigas Petri ore distillas, Christi nomine invocato, extemplo evanuisse.

V. Paulus Orosius lib. 7. hist. c. 6. Exordio, inquit, regni Claudii, Petrus Apostolus Domini nostri Christi Romam venit, & salutarem cunctis fidem fideli verbo docuit, potentissimaeque virtutibus approbavit: atque exinde Christiani Romae esse coeperunt. Idem habet Greg. Turon. lib. 1. hist. cap. 35.

VI. Theodorus Imperator C. de Sum. Trinit. I. Cunctos populos, B. Petrum Apostolum Romanis tradidisse Christi religionem discretis verbis declarat.

VII. Denique Sibyllae Eritraeae vaticinium, cujus meminit F. Nic. Sanderus de visibili Monarchia, l. 7. pag. 250. part. 1. tit. 3. cap. 9. §. 14. habet, Christum non gladio, aut bello urbem Aeneadem sibi subjecluram, sed in hamo piscatoris.

VIII. Corpus B. Petri Romam delatum a nullo aliunde fuisse docent historiae, & nihilominus ibidem semper extitisse, extra omnem controversiam est, cum alibi nusquam esse legatur. Quod argumentum tanti fecit Euseb. lib. 2. hist. c. 25. ut superfluum existimaverit alia quaerere, ad quem proinde Lector recurrere poterit.

IX. Porro, qui ad veras, partes hic tuncur, fatentur omnibus Christianis id persuasum fuisse, atque credidum, Petrum Romae fuisse Episcopum, & mortuum ibidem, usque ad tempora V. Vicefisi hoc est, usque ad annum Domini M. CCCC. integris XIV. saeculis, quibus nemo hunc errorem, ut loquuntur illi, detexit, aut rejecit. Alia testimonia Patrum tam Graecorum, quam Latinorum accuratè concinnavit Robertus Card. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. c. 3.

X. Addatur prioribus S. Ambrosius, & Hieronymus, quorum prioris Noctis Petrus (Postquam ob superatum Simonem Magum gentilitium in se odium concitasset) muro egredi coepit, & videns sibi Christum occurrere, urbemque ingredi, ait: Domine, quo vadis? respondit Christus: Venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem divinum pertinere responsum, & statim subdit: statimque correptus per crucem suam honoravit Dominum Jesum. Hac Ambrosius oratione contra Auxentium lib. 5. epist. Hieronymus vero: Simon Petrus, ait, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique xxv. annis Cathedralam Episcopalem tenuit, usque ad ultimum, hoc est, xiv. Neronis annum, a quo & affixus cruci, martyrio coronatus est capite ad terram verso.

SUMMI ROMANI PONTIFICES SANCTI PETRI SUCCESSORES, JUSTA SERIEM TEMPORUM,

Ex Breviario Chronologico Franc. à Coriolano.

TUNC STATUS MEMBRORUM INTEGER

PERSEVERAT, SI CAPUT NULLA PULSET INJURIA.

S. Gregor. lib. 11. Epist. 42. At Romana Cathedra nutrix Pontificis. Ennodio. Itaque ad eam propter Potentiorum principum auctoritatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, ut testatur S. Irenaeus lib. 3. cap. 3. Unde Petrus dicitur Apostolorum, Pontificumque Praesul. Marcel. Chronic. Principes Episcoporum, S. Bernard. de Considerat. Principes Ecclesiae, Alcuin. Epist. 23. Principes Episcopalis coronae, Valentiniانو Imper. Novel. Pontifex Max. Episcopus Episcoporum, Tertullian. de Pudicitia initio, Primus omnium Sacerdotum, Justinian. Novella 131. Patriarcharum Episcopus. Cassiod. lib. 9. Epist. 1. Pater Patrum, S. Athanas. ad Liberium. Primus Aulæ caelestis Janitor. in Charta Flaviani 992.

Numerus

Table with columns: Numerus, Nomina, Creationis Anni, Tempus sedis (Dies, Anni, Menses), Obitus (Anni, Dies). Lists pontiffs from S. Petrus to Joannes 4.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

L1 2

Numerus 75.

Numerus.	Nomina.	Creationis.		Tempus sedis.			Obitus.	
		Anni.	Dies.	Anni.	Menfes.	Dies.	Anni.	Dies.
75.	Theodorus.	641.	25. Novem.	7.	5.	20.	649.	14. Maii.
76.	S. Martinus.	649.	1. Julii.	5.	4.	12.	654.	12. Novemb.
77.	S. Eugenius 1.	654.		0.	6.	0.	655.	2. Julii.
78.	S. Vitalianus.	655.		13.	4.	24.	669.	27. Jun.
79.	Adeodatus.	669.	9. April.	7.	2.	23.	676.	26. Junii.
80.	Domnus.	676.	1. Novem.	1.	5.	11.	678.	11. Aprilis.
81.	S. Agato.	678.		4.	10.	14.	682.	10. Januarii.
82.	S. Leo 2.	683.	14. Auguft.	0.	8.	18.	684.	28. Junii.
83.	S. Benedictus 2.	684.	20. Auguft.	0.	0.	11.	686.	2. Augufti.
84.	Joannes 5.	685.	22. Julii.	1.	0.	23.	687.	18. Augufti.
85.	Conon.	686.	20. Octob.	0.	11.	8.	701.	9. Septemb.
86.	S. Sergius.	687.	26. Decemb.	13.	8.	15.	705.	10. Januarii.
87.	Joannes 6.	701.	29. Octob.	3.	2.	12.	707.	18. Octobris.
88.	Joannes 7.	705.	1. Mart.	3.	7.	17.	708.	7. Februarii.
89.	Sifinnius.	708.	18. Jan.	0.	0.	20.	714.	9. Aprilis.
90.	Constantinus.	708.	7. Mart.	0.	1.	3.	731.	13. Februarii.
91.	S. Gregorius 2.	714.	20. Maii.	10.	9.	20.	741.	28. Novemb.
92.	Gregorius 3.	731.	16. Februar.	10.	9.	12.	752.	15. Martii.
93.	S. Zacharias.	741.	6. Decem.	10.	3.	10.	752.	30. Martii.
94.	Stephanus 2. à nonnullis omiffus, quia die 3. creationis obiit.	752.	27. Mart.	0.	0.	3.		
95.	Stephanus 3. dictus 2.	752.	30. Mart.	5.	0.	28.	757.	26. Aprilis.
96.	S. Paulus 1. fr. decessoris.	757.	28. Maii.	10.	1.	1.	767.	29. Junii.
97.	Stephanus 4. dictus 3.	768.	5. Augufti.	3.	0.	28.	772.	1. Februar.
98.	Hadrianus 1.	772.	9. Febr.	21.	10.	17.	795.	26. Decemb.
99.	Leo 3.	795.	26. Decem.	20.	5.	17.	816.	26. Decemb.
100.	Stephanus 5. dictus 4.	816.	22. Junii.	0.	7.	5.	817.	25. Januarii.
101.	S. Paschalis.	817.	28. Jan.	7.	3.	16.	824.	14. Maii.
102.	Eugenius 2.	824.	16. Maii.	3.	0.	23.	827.	11. Augufti.
103.	Valentinus.	827.	12. Auguft.	0.	1.	10.	827.	22. Septemb.
104.	Gregorius 4.	827.	14. Septem.	16.	0.	0.	843.	12. April.
105.	S. Sergius.	844.	10. Feb.	3.	1.	0.	847.	17. Julii.
106.	S. Leo 4.	847.	12. April.	8.	3.	5.	855.	16. Februar.
107.	Benedictus 3.	855.	24. Jul.	2.	6.	10.	858.	13. Novemb.
108.	Nicolaus 1. Magnus.	858.	24. Aprilis.	9.	6.	21.	867.	1. Novemb.
109.	Hadrianus 2.	867.	21. Nov.	4.	10.	17.	872.	15. Decemb.
110.	Joannes 8.	871.	14. Dec.	10.	0.	1.	882.	18. Januar.
111.	Marinus 1. Gallus.	882.	19. Decem.	1.	0.	20.	884.	9. Maii.
112.	Hadrianus 3.	884.	11. Jan.	1.	3.	19.	885.	14. Decemb.
113.	Stephanus 6. dictus 5.	885.	5. Maii.	6.	circiter	6.	890.	
114.	Formofus.	891.	27. Maii.	5.	6.	10.	896.	
115.	Stephanus 7. d. 6. pellit. Bonifacium intrufum dictus 6.	897.	7. Jan.	4.	circiter	900.		
116.	Romanus.	900.		0.	4.	circiter	900.	
117.	Theodorus 2.	901.		0.	0.	20.	901.	
118.	Joannes 9.	901.		3.	0.	15.	905.	
119.	Benedictus 4.	905.		0.	1.	10.	907.	
120.	Leo 5.	907.		0.	0.	0.	907.	
121.	Chriftophorus.	907.		0.	0.	0.	910.	
122.	Sergius 3.	907.		3.	circiter	2.	912.	
123.	Anaftafus 3.	910.		0.	0.	0.	912.	
124.	Lando.	912.		0.	0.	0.	918.	
125.	Joannes 12.	913.		16.	circiter	918.		
126.	Leo 6.	913.		0.	0.	0.	929.	
127.	Stephanus 8. dictus 7.	928.	9. April.	2.	1.	15.	931.	
128.	Joannes 11.	929.		4.	10.	0.	936.	8. Aprilis.
129.	Leo 7.	931.		3.	6.	0.	943.	
130.	Stephanus 9. dictus 8.	936.		3.	4.	5.	946.	
131.	Marinus 2.	943.		3.	circiter	10.	955.	27. Decemb.
132.	Agapetus 2.	946.		9.	7.	circiter	964.	14. Maii.
133.	Joannes 12.	956.		9.	9.	0.	965.	4. Julii.
134.	Benedictus 5.	964.		2. Octob.	6.	11.	972.	6. Septemb.
135.	Joannes 13.	965.		20. Jan.	0.	3.	972.	16. Decemb.
136.	Domnus 2.	972.		20. Decem.	1.	3.	984.	
137.	Benedictus 6.	972.		1. Jun.	9.	0.	985.	
138.	Joannes 14.	975.		16. Jul.	10.	4.	996.	
139.	Joannes 15.	985.		1. Augufti.	10.	4.	999.	
140.	Joannes 16. Roberti filius	996.		12. Junii.	2.	8.	1003.	12. Februar.
141.	Gregorius 5.	996.		1. Nov.	4.	6.	1003.	12. Maii.
142.	Silvefter 2. Gallus.	999.		0.	5.	circiter	1003.	
143.	Joannes 17. dict. 18. Siccus.	1003.		20. Nov.	0.	5.	1009.	18. Julii.
144.	Joannes 18. di. 19. Fafanus.	1003.		31. Auguft.	3.	circiter	1012.	13. Maii.
145.	Sergius 4. antea Petrus.	1009.				circiter		mutato

Numerus.	Nomina.	Creationis.		Tempus sedis.			Obitus.	
		Anni.	Dies.	Anni.	Menfes.	Dies.	Anni.	Dies.
147.	mutato primu nomine.			12.				
148.	Benedictus 8.	1012.	7. Jun.	9.			1024.	28. Februarii.
149.	Joannes 19. dict. 20.	1024.	19. Februar.	9.	8.	9.	1033.	8. Novemb.
150.	Benedictus 9.	1033.	11. Novemb.	1.		20.	1043.	
151.	Gregorius 6.	1044.	1. Maii.	7.			1046.	ad dicta coactus
152.	Clemens 2. Germanus 1. usuf gentilitiis insignibus.	1045.	25. Decem.	0.	9.	23.	1047.	20. Decemb.
153.	Damafus 2.	1048.	17. Julii.	5.	0.	7.	1048.	9. Octob.
154.	S. Leo 9. Gallus.	1049.	12. Feb.	2.	2.	16.	1054.	8. Auguft.
155.	Victor 2.	1054.	13. April.	0.	3.	28.	1057.	19. Aprilis.
156.	Stephanus 10. dictus 9.	1057.	2. Auguft.	2.	7.	0.	1057.	28. Julii.
157.	Nicolaus 2.	1059.	3. Jan.	11.	6.	22.	1058.	28. April.
158.	Alexander 2.	1061.	1. Octob.	12.	6.	3.	1061.	7. Julii.
159.	S. Gregorius 7.	1073.	12. April.	1.	1.	3.	1073.	22. April.
	Victor 3.	1086.	24. Maii.	3.			1086.	24. Maii.
			die Pentec.			18.	1087.	16. Septemb.
160.	Urbanus 2. Gallus.	1088.	12. Mart.	11.	4.	4.	1099.	29. Jul.
161.	Paschalis 2.	1099.	12. Auguft.	18.	5.	5.	1118.	22. Januarii.
162.	Gelasius 2.	1118.	25. Jan.	1.	0.	13.	1119.	29. Januarii.
163.	Calliftus 2. Burgundus.	1119.	1. Febr.	5.	10.	17.	1124.	13. Decemb.
164.	Honorius 2.	1124.	14. Decem.	5.	1.	0.	1130.	14. Februar.
165.	Innocentius 2.	1130.	14. Februar.	13.	7.	13.	1143.	24. Septemb.
166.	Celeftinus 2.	1143.	25. Sept.	0.	7.	14.	1144.	8. Martii.
167.	Lucius 2.	1144.	9. Martii.	8.	11.	13.	1145.	25. Februar.
168.	Eugenius 3.	1145.	25. Februarii.	8.	4.	24.	1145.	8. Julii.
169.	Anaftafus 4.	1145.	9. Julii.	0.	4.	24.	1153.	2. Decemb.
170.	Hadrianus 4. Anglus.	1154.	5. Decemb.	0.	4.	4.	1154.	1. Septemb.
171.	Alexander 3.	1159.	5. Septemb.	4.	11.	28.	1159.	27. Augufti.
172.	Lucius 3.	1181.	29. Auguft.	4.	2.	15.	1181.	25. Novemb.
173.	Urbanus 3.	1185.	25. Novemb.	1.	10.	27.	1187.	20. Octobris.
174.	Gregorius 8.	1187.	21. Octob.	0.	1.	20.	1187.	16. Decemb.
175.	Clemens 3.	1188.	6. Jan.	3.	2.	11.	1191.	10. Aprilis.
176.	Celeftinus 3.	1191.	29. Mart.	6.	9.	9.	1198.	8. Janu.
177.	Innocentius 3.	1198.	8. Januarii.	18.	6.	0.	1216.	17. Julii.
178.	Honorius 3.	1216.	8. Julii.	10.	8.	3.	1227.	18. Martii.
179.	Gregorius 9.	1227.	20. Mart.	14.	15.	17.	1241.	2. Martii.
180.	Celeftinus 4.	1241.	22. Septemb.	0.	0.	15.	1241.	8. Octob.
181.	Innocentius 4. Flifcus.	1243.	24. Junii.	21.	5.	5.	1254.	13. Decemb.
182.	Alexander 4.	1254.	21. Decem.	6.	5.	3.	1261.	25. Maii.
183.	Urbanus 4. Trecentis.	1261.	29. Augufti.	3.	0.	22.	1264.	2. Octobr.
184.	Clemens 4. Narbonenfis.	1265.	5. Februar.	3.	10.	10.	1268.	29. Novemb.
185.	Gregorius 10. Placentin.	1271.	1. Septemb.	4.	4.	2.	1276.	10. Januarii.
186.	Innocentius 5. Tarentenfis.	1276.	21. Januat.	0.	5.	8.	1276.	22. Junii.
187.	Hadrianus 5. Flifcus.	1276.	12. Julii.	0.	1.	8.	1276.	18. Augufti.
188.	Joannes 20. dictus 21.	1276.	13. Septemb.	0.	8.	29.	1277.	21. Maii.
189.	Nicolaus 3. Urfinus.	1277.	25. Novem.	2.	8.	7.	1280.	22. Augufti.
190.	Martinus 2. dictus 4. Turon.	1281.	22. Februarii.	4.	1.	2.	1285.	29. Martii.
191.	Honorius 4.	1285.	2. Aprilis.	2.	0.	14.	1287.	3. Aprilis.
192.	Nicolaus 4.	1288.	22. Febr.	4.	1.	7.	1292.	4. Aprilis.
193.	S. Celeftinus 5.	1294.	7. Jul.	0.	5.		1294.	13. Decemb.
194.	Bonifacius 8.	1294.	24. Decemb.	8.	9.	6.	1303.	Abdicat.
195.	Benedictus 11.	1304.	22. Octob.	0.	8.	16.	1304.	11. Octobr.
196.	Clemens 5. Burdegalenf.	1305.	10. Nov.	8.	10.	28.	1314.	7. Julii.
197.	Joannes 21. dictus 22. Cadurenfis.	1316.	5. Septemb.	18.	3.		1334.	18. Aprilis.
198.	Benedictus 12. Tolofan.	1334.	21. Decem.	7.	4.	0.	1342.	4. Decemb.
199.	Clemens 6. Lemovicenf.	1342.	7. Maii.	10.	7.	26.	1342.	27. Aprilis.
200.	Innocentius 6. Lemovic.	1352.	18. Decemb.	9.	8.	23.	1352.	6. Decemb.
201.	Urbanus 5. Mimatenfis.	1362.	27. Septemb.	8.	2.	29.	1362.	12. Septemb.
202.	Gregorius 11. Lemovicenfis.	1370.	30. Dec.	7.	2.		1370.	19. Decemb.
203.	Urbanus 6. Neapolit. contra quem fedit Avenione Clem. dictus 7. antea Robert. Gebenfis eod. ann. 25. Septembris.	1378.	2. Aprilis. feria 6.	11.	6.	7.	1378.	26. Martii. hora 2. noct. 15. Octobris.
204.	Bonifacius 9. Neapolitan.	1389.	2. Nov.	14.	11.	0.	1404.	1. Octobris.
205.	Innocentius 7.	1404.	17. Octobris.	2.	0.	21.	1406.	6. Novemb.
206.	Gregorius 12. Venetus.	1406.	30. Nov.	2.	7.	5.	1409.	Depofitus in Concil. Pifan. quod dubia efferet ejus electio.
207.	Alexander 5. creatus in Concilio Pifano.	1409.	27. Jun.	0.	10.	8.	1410.	3. Maii.
208.	Joannes 22. dictus 23. Neapolitanus.	1410.	17. Maii.	5.	0.	15.	1415.	Depofitus in Conc. Confat.

Numerus.	Nomina.	Creationis. Anni.	Tempus sedis.		Obitus. Anni.	Dier.
			Dies.	Menses.		
209.	Martinus 3. dicitur s. Columna.	1417.	3. Novem. in Cone. Contl.	3.	1431.	20. Februarii.
210.	Eugenius 4. Venerus, Contra quem fedit in Gallia Felix s. creatus in Concilio Basiliensi, s. Nov. 1439.	1431.	3. Martii.	11.	1447.	23. Februarii.
211.	Nicolaus s. Sergianensis.	1447.	6. Martii.	8.	1455.	24. Martii.
212.	Callistus 3. Hispanus.	1455.	8. Aprilis.	3.	1458.	6. Augusti.
213.	Pius 2. Aeneas Sylvius.	1458.	18. Augusti.	5.	1464.	4. Augusti.
214.	Paulus 2. Venetus.	1464.	30. Augusti.	6.	1471.	24. Julii.
215.	Sixtus 4. Saonenfis.	1471.	9. Augusti.	13.	1484.	12. Augusti.
216.	Innocentius 8. Cybo Genuensis.	1484.	29. Augusti.	7.	1492.	25. Julii.
217.	Alexander 6. Borgia Hisp.	1492.	11. Augusti.	11.	1503.	18. Augusti.
218.	Pius 3. Senensis.	1503.	21. Septemb.	0.	27.	18. Octobris.
219.	Julius 2. Saonenfis.	1503.	1. Novemb.	3.	1513.	21. Februari.
220.	Leo 10. Medices Florent. Fuit Concordata inter ipsum Leonem, & Franciscum I. Franciae Regem, 1516.	1513.	3. Martii.	8.	1521.	2. Decemb.
221.	Hadrianus 6. Ultrajectinus.	1521.	9. Januarii.	1.	1523.	14. Septemb.
222.	Clemens 7. Medices.	1523.	19. Decemb.	10.	1534.	25. Septemb.
223.	Paulus 3. Farnesius.	1534.	11. Augusti.	15.	1549.	2. Novemb.
224.	Julius 3. Aretinus.	1550.	7. Febr.	5.	1555.	23. Martii.
225.	Marcellus 2. Politianus.	1555.	9. Aprilis.	0.	1555.	1. Maii.
226.	Paulus 4. Caraffa.	1555.	23. Maii. die Ascens.	4.	1559.	18. Augusti.
227.	Pius 4. Medices.	1559.	26. Decemb.	4.	1565.	10. Decemb.
228.	Pius 5. Ghislerius.	1566.	26. Decemb.	6.	1572.	1. Maii.
229.	Gregorius 13. Boncompagnus.	1572.	5. Maii.	12.	1585.	10. Aprilis.
230.	Sixtus 5. Picenus.	1585.	24. Aprilis.	5.	1590.	27. Augusti.
231.	Urbanus 7. Castaneus.	1590.	16. Septemb.	0.	1590.	27. Septemb.
232.	Gregorius 14. Sfondratus.	1590.	5. Decemb.	0.	1591.	15. Octobr.
233.	Innocentius 9. Bononiensis.	1591.	29. Octobr.	0.	1591.	29. Decemb.
234.	Clemens 8. Aldobrandin.	1592.	30. Januarii.	13.	1605.	4. Martii.
235.	Leo 11. Medices.	1605.	1. Aprilis.	0.	1605.	27. Aprilis.
236.	Paulus 5. Borghesius.	1605.	16. Maii.	15.	1621.	28. Januarii.
237.	Gregorius 15. antea Alexander Ludovicius, Cardinalis, Archiepiscopus Bononiensis.	1621.	9. Februari.	2.	1623.	8. Julii, hora 6. pomeridiana.
238.	Urbanus 8. antea Maphaeus Barbatius.	1623.	6. Augusti.	21.		
239.	Innocentius 10. antea Joan. Bapt. Pamphilius.	1644.	4. Octob.	10.	1655.	7. Januarii.
240.	Alexander 7. antea Fabius Chigi.	1655.	7. Aprilis.	12.	1667.	22. Maii.
241.	Clemens 9. antea Julius Rospigliosus.	1667.	20. Junii.	2.	1669.	9. Decembr.
242.	Clemens 10. antea Aemilius Albertus.	1670.	29. April.	6.	1676.	22. Julii.
243.	Innocentius 11. antea Benedictus Odescalchi.	1676.	21. Septem.	12.	1689.	12. Augusti.
244.	Alexander 8. antea Petrus Victor Otobonus.	1689.	6. Octobris.	1.	1691.	1. Februarii.
245.	Innocentius 12. antea Antonius Pignatelli.	1691.	12. Julii.	9.	1700.	27. Septembr.
246.	Clemens 11. antea Joannes Franciscus Albanus.	1700.	23. Novemb.			

Hic vero animadvertendum, S. Peri dies à nullo Successorum adequatos fuisse: qua de re legendus est Petrus Damianus lib. 11. Epist. 17. & Roderic. Zamorensis l. 2. c. 4. Speculi vite humanae: Licet sederint ad Alexandrum VII. inclusivè, 240. S. R. E. Summi Pont. ex quibus 32. Martyres, & 27. Confessores in Sanctorum calatogum relati, & 52. tum Monachi, tum Eremitae; ac praeterea Galli natione, 14. Hispani, 4. Germani, 4. Graeci, 15. Anglus unus, Flander unus, ex Syria 7. ex Africa 3. Itali plures. Quorum seriem accuratam Vide sub fin. praesentis loci.

¶ Videat etiam Lector Librum V. hujus Operis, in loco de Episcopis, ubi cum de successione Episcoporum per universam Ecclesiam, in quantum ea ad manus nostras potuit devenire, agendum mihi existimavi, visum quoque fuit aliam Summorum Pont. successionem, seriemque ex Genevardi Chronologia: quod illi totius Ecclesiae, adeoque Episcoporum ceterorum Episcopi sint, adserere. Qua de re Lectorum monitum volebam, ut repetitionis hujusmodi motuorum cognosceret, neque omnino inutilem censeret: cum etiam va-

rietatem Chronologiae exinde cognoscere poterit, neque enim de illa apud omnes convenit.

* PSEUDO-PONTIFICES, SIVE ANTIPAPAE. Qui tempore schismatis electi, vel aliter se in Cathedram Apostolicam intruferunt.

Ordine digesti, addito temporis indicio, quando eam Cathedram affectaverint: ex Chronologia Onuphrii Panvini.

Primus Antipapa fuit Novatianus Romanus, in schismate primo Ecclesiae Romanae contra Cornelium Papam legitime electum. Verum in haerem prolapsus, sacerdotio, & Ecclesiae exactus est. Anno CCL.

II. Felix, verè infelix, Archidiaconus S. R. E. in schismate contra Liberium Papam, favente Imp. Constantino, & aliis nonnullis, sedique annis 10. m. 3. d. 13. Pontificatu restituito Liberio dejectus. Anno CCCLVII.

III. Ursinus Romanus à factione Papae Liberii contra Damasum Diaconum, in schismate III. creatus, Coss. Valentiniano, & Valente Imp. post mortem Liberii, fedit anno 1. m. 1. d. 23. ac sponte se abdicavit. anno CCCLXVII.

IV. Eulalius

IV. Eulalius Archidiaconus Cardin. in schismate contra Bonifacium Papam fedit menses 3. d. 15. Anno CCCXXI.

V. Laurentius Romanus contra Symmachum in schismate quarto electus, Anastasio Imp. fedit A. I. M. 11. D. 11. seque abdicare compulsi. Anno CCCXXIX.

VI. Dioscurus electus in schismate contra Bonifacium, obiit anno primo suae consecrationis. Anno D. XXX.

In schismate 6. vivente Sylvester, electus Vigilus Joannis F. obiit. Anno DLIV.

VII. Petrus Archiepiscopus S. R. E. Cardin. contra Theodorum presbyterum Card. Papa creatus, schismate 7. aliquot dies fedit. Anno DCLXXVI.

VIII. Theodorus Antipapa contra Petrum Archiepiscopus, uterque Pontificatu decubatus, fuffecto tertio. Anno DCLXXXVI.

IX. Theodorus Rom. schismate contra Paschalem Cardin. Archidiaconum, dies aliquot fedit. Anno DCLXXXVII.

X. Paschalis in schismate contra Theodorum creatus, utroque pulso, tertius cathedrae infedit. Anno DCLXXXVII.

XI. Theophylactus Rom. S. R. E. Card. Archidiacon. in schismate 9. contra Paulum Papam. Anno DCLVII.

XII. Constantinus II. Laicus, per vim Pontifex creatus B. ipso die, quo mortuus Paulus IV. post annum exutus. Anno DCCXXVIII.

XIII. Philippus in schismate 10. contra Constantinum creatus Pontifex, & ad monasterium coactus rediit. Anno DCLXVIII.

XIV. Zinzinus electus suffragiorum parte minore, adversus Eugenium schismate 11. se abdicare coactus post paucos dies. Anno DCCCXXIV.

XV. Anastasius III. Card. in schismate 12. contra Benedictum PP. iussu fuit etiam renuntiatus. Anno DCCCLV.

XVI. Sergius III. Benedicti F. Rom. schismate 13. contra Formosum creatus, post dies paucos obiit. Anno DCCCXII.

Schisma subsecutum est 14. in quo fedit Leo V. qui coactus fuit se abdicare à Christophoro Card. Presbytero, Anno DCCCXV.

XVII. Benedictus V. schismate XV. creatus, & per Othonem Imp. compulsi se abdicare, relegatus est Hamburgum, Anno DCCCCLIV.

C Benedictus VI. dicitur VI. Hildebrandi F. Romanus, creatus Pontif. Postquam uno anno fedit, iussu Bonifacii VI. strangulatus. Anno DCCCCLXXII. fuitque hoc Schisma 16. Rom. Eccl.

XVIII. Joannes Graecus Episcopus Placentinus, in schismate 17. quod fuit adversus Gregorium X. fedit M. 10. in Germaniam per Othonem III. relegatus est. Anno DCCCXCVI.

XIX. Sylvester III. Rom. Joannes ante dictus, qui in schismate contra Benedictum VIII. fedit M. 1. D. 19. & ad compulsi. Anno MXLV.

XX. Joan. XX. Rom. in schismate contra Sylvestrum, unà cum Benedicto VIII. qui utriusque abdicati, habuerunt in cathedra verum successorem Benedictum IV. Anno MXLV.

Schisma XIX. Ecclesiae Rom. habuit IV. Pontifices, at omnibus Pontificatu abdicatis, in Synodo Sutrina electus est interveniente Henrico III. Imper. Clemens II. Germanus. Anno quo supra.

XXI. Benedictus IX. schismate 20. Contra Canones, & Cardinalium voluntate creatus Pontifex, tandem cedere iussu à Nicolao II. in Pontificem, electo Senis in Tuscia. Anno MLVIII.

XXII. Honorius II. schismate 21. auctoritate Henrici Imp. IV. in concilio Cardinalibus Pontifex creatus, damnatus fuit in Concilio Mantuano, & Pontificatu exutus ab Alexandro II. Anno MLXII.

XXIII. Clemens III. ex Cancellario Imper. Henrici IV. Archiepiscopus Ravennas, consecratus Schismate 22. contra Gregorium VII. anno sui Pontificatus 8. per munera creatus Antipapa, fedit annos 21. contra quatuor Pontifices, obiit Anno MCI.

Sub Paschali II. Pontifice fuerunt Antipapae Albertus Arletanus: perpetuo tandem carceri captus. Anno eod.

Sylvester III. Rom. Monachus, relegatus ad monasterium. Maginulphus Roman. qui moriens schismati finem dedit. Anno MCI.

Schisma XXIII. In Eccl. Romana. In quo Gregorius VIII. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Hispanus contra Gelasium II. in cathedram Petri ascendit, at à Calisto II. qui Gelasio successit, descendere coactus, & ad monasterium relegatus est, obiit autem Gelasio II. Cluniaci in Gallia. Anno Dom. MCXIX.

Schisma XXIV. inter Honorium II. & Celestinum II. fedit hic sua sponte abdicavit, obiit Honorius circa Annum Dom. MCXXX.

Schisma XXV. fuit inter Anacletum II. & Innocentium II. verum anno 8. fedit, circa Annum Dom. MCXXXVIII.

Schisma XXVI. erat inter Alexander III. & Victorium IV. & duravit annos 17. at Victor tandem victus cessit. Anno Dom. MCLIX.

Nicolaus V. Antipapa postremus, Monachus Franciae. antea conjugatus, vitae sanctitate celebris, at in schismate 17. adversus Joannem XXI. adnitente Ludovico Bavaro Imp. Pontifex renuntiatus, fedit annos 3. M. 3. D. 4. at mox Pisis captus, & Avenionem perductus, Pontificatu spoliatus, & incarcerationis. Anno Dom. MCCCXXX.

Hadrianus ex Onuphrio, inserto Chronico Ecclesiastico politico, per Joannem Gualterum ante annos paucos compilato.

¶ Aliam supputationem eorumdem Pseudo-Pontificum adiciemus, seris temporum nonnihil à priore dissidentem, at studiosus Lector eam amplectatur, quae maxime suis studiis, & ingenio serviet.

* ANTIPAPAE SERIE TEMPORUM.

Ex Chronologia Francisci à Carliano.

Novatianus.	251.
Urcinus.	366.
Eulalius.	420.
Laurentius.	498.
Dioscorus.	530.
Theodorus, vel Theodoretus.	686.
Theophylactus.	757.
Constantinus.	767.
Philippus.	767.
Zinzinus.	824.
Anastasius 3.	885.
Bonifacius, dictus 6.	897.
Leo dictus 8.	964.
Bonifacius dictus 7.	974.
Joannes Placentinus Episc. contra Greg. 5.	996. G
Gregorius, contra Benedictum 8.	1012.
Sylvester 2.	1045.
Benedictus 10. antea Joannes Mincius.	1058.
Cadulus, vel Cadalous Palavicinus, seu Honorius 2. contra Alexandrum 2.	1061.
Guibertus de Corrigha Archiepiscopus Ravennas, dictus Clemens 3.	1075.
Sylvester 3. antea Maginulphus, vel Theodoricus, contra Paschalem 2.	1101.
Gregorius 8. Mauritius Burdinus Archiep. Bracarenfis, contra Gelasium 2.	1118.
Celestinus 2. Theobaldus contra Honorium 3.	1124.
Anacletus 2. Petrus Leonis contra Innocentium 2.	1130.
Victor 3. Gregorius Cardinalis.	1138.
Victor 4. Octavianus de Monticello contra Alexand. 3.	1159.
Paschalis 3. Guido Cremenfis, contra Alexand. 3.	1169.
Callistus 3. Joannes Ungarus, contra Alexand. 3.	1176.
Innocentius 3. Laudo, contra Alexand. 3.	1177.
Nicolaus 5. Petrus de Corbaris, contra Joannem 22.	1327.
Clemens 7. Robertus de Gebennis, contra Urbanum 6. creatus 1378. fedit ferè 26. annos Avenione.	1378. H
Benedictus 13. Petrus de Luna Hispanus.	1394.
Clemens 8. Hispanus, Aegidius Munionis.	1404.
Felix 5. antea Amedeus Dux Sabaudia, creatus in Concilio Basiliensi.	1439.
Abdicavit.	1449.
Moritur.	1450.

Vide Librum, cui Titulus, Antea deus pacificus, nuper editus.

¶ Videat Lector Locum de Schismate: ubi Ecclesiasticorum Schismatum numerum, ordinemque repetimus.

ROMANI PONTIFICIS ELECTIO.

Non perinde ac in veteri Testamento, ita & in Novo, Sacerdotes carnali successione propagari conveniens fuit. Tum enim Dei populus propagabatur per carnalem generationem ex Jacob: Nunc verò per spirituales generationem ex Christo, cujus figura fuit Melchisedech, qui sine patre, matre, ac Genea-